

Monasteria
in contradi-
ctione sunt
examinanda?

Saxonia, lege Saxoniæ duxit in uxorem: verum quia non eadem utuntur legibus Saxones & Francigena, causatus est quod eam non sua, id est Francorum lege desponsaverat, vel acceperat, vel dotaverat; dimissaque illa, aliam superduxit. Definivit super hoc Sancta Synodus, ut ille transgressor Evangelicæ Legis, subiaceretur Penitentia, & a secunda conjugio separaretur, & ad priorem redire cogatur. Ut ut est, Canon ille probat luculenter Matrimonialis Contractus validitatem vel invaliditatem in Evangelicæ Legæ expendendam non esse ex Legibus Civilibus, quod spectat rationem Sacramenti & indissolubilitatem, est quoad civiles effectus ab illis pendeat. Quod obiter observatum velim contra librum Joannis Launoi De Regia in Matrimonium Potestate.

ARTICULUS XXXI.

De Synodis Trosleianis.

Trosleianus
vulgo Trosle-
villa Regia:
hucusque
ter tribus ab
Augusta Sancti-
simam di-
stans.

Summa Ca-
ssanensis.

Indagatum
est Regem
Oscu-

Monasteria
discipline
reformatio.

Abbatibus
Regularibus.

I. ANNO Christi nongentesimo-nono; sexto Kalendas Julii, Heriveus Remensis Archiepiscopus Provincie suæ Antistes Trosleianum Diocesanos Successorice Villam ad Synodum congregavit, in qua quindecim Canones conditi. Primum honorem & immunitates Ecclesiarum conservari statuit, Regisque & Reipublicæ Administratos hortatur ut Sacerdotibus, Monachis, & Sanctimonialibus opem ferant, suum ut ministerium dignè valeant exequi. Canon secundus Adhortatio est ad Regem ex Sacra Scriptura & Patribus doctore, scilicet ex Gelasio Papa, Sancto Augustino, Sancto Ildoro, Sancto Gregorio, & ex Auctore libri de Abusibus Sæculi, quem sub nomine Sancti Cypriani laudat. Observatione dignum est Canonis initium. Et quamquam, inquit, à nobis ratio exigitur omnium, & Principum, & Subditorum, ab eo qui sine acceptione iudicat persanatum, & pro ipsius Regibus Regum suus reddituri rationem, sermo exhortationis ad vestram, Domine Rex, nobis habendus est Excellentiam. In quo facto Pontificalem sic eximus Auctoritatem, ut non obliviscamur Regiam à Deo constitutam esse Sublimitatem, dicente Apostolo: Subiecti, estote Regi, quasi præsentem. Fidelitatem quoque & honorem Regi servandum docet, ipsique verum & utile consilium ab Episcopis dandum. Sed & nobis, & omnibus qui in Regno vestro consistimus, oportet ut iustum fidelitatem vobis conservemus, & honorificentiam Regiam exhibeamus, & de utilitate Regni aliquid quaeramus, secundum scire & posse, verum & utile consilium suggeramus.

Canon tertius de Monasteriorum disciplina restauranda statuit; quam ideo maxime collapsam docet, quod Monachis Abbates Regulares non præstint. Quomodo, inquit, aurum sine aurifice in pristinum & optimum non potest reformari colorum, sic & Monastica Vita sine Regularis Abbatis providentia ad pristinum atque optimum vivendi nequit reformari ordinem. Sacris Canonibus & Regum Capitularibus contrarium esse probat, quod Monachis Abbates extranei præficiantur. Legitur, inquit, in Capitularibus, ut Abbates Monachorum Regulam per singula verba discuentes, planiter legant, & intelligentes, Domino optulante, efficaciter cum Monachis suis implere studeant. Et quomodo discunt, quomodo legant, quomodo intelligant? Si forsitan oblati fuerit huiusmodi Codex, respondebit illud Isaiæ nunc: Nescio literas. Et cum Monachorum Abbati à Regula Sancti & Sancto Spiritu pleni Beatissimi Patris Benedicti: In doctrina, inquit, sua Abbas

A illam semper Apostolicam formam debet servare, in qua aicit: Argue, obsecra, increpa: Quomodo Apostolum ignorans, Regula Instituta, vel ipsam abcedariam in eam penitus nesciens, spirituales discretionis modum tenebit? Et quid plura? In ipso ingressu lectionis Sanctæ Regula legimus de eligendo Abbate, & qualis debeat esse. In Capitulari vero Magni Caroli ita scribitur: Monachorum causam qualiter ex parte disposuerimus, & quomodo ex seipsis sibi eligendi Abbates licentiam dederimus, &c. in alia Scheda diligenter amovari fecimus. Tum prolato Concilii Turonensis Secundi Canone, aliisque Capitularium locis, Patres hæc subdunt, observatione sanè dignissima. Hæc ita post primam Sanctorum Patrum, duce Spiritu Sancto, ordinationem, ac deinde post Canonicam de his Auctoritatem, à prioribus Imperatoribus & Regibus decreta & custodita fuerunt. Et quousque Privilegia sunt servata status Ecclesiastici, proficit in augmentum sui conservatus à Deo status Regni. At postquam hæc caperem parvipendi, tabefacturus de die in diem, & jam pene in nihilum redactus est ille qui quondam florebat, vigebarque status huius Regni: & ita inolevit malum quod à transactis retro caperat annis, ut jam Principis Potestatis puer sibi licere; secus quam auctoritas divina se habent, in causas Ecclesiasticas proflere, & duce

B Sancto Spiritu, statum a Patribus Ecclesiæ ordinem pervertere. . . . Nequaquam de istis audemus silere, ne de nobis illud Propheticum dicatur: Canes muti, non valentes latrare. Itemque: Non ascendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel. Responsum siquidem timoris Dei habentibus, auditu lugubre, dictu infas, actu dignoscitur horribile, quando contra omnem Patrum, & totius Christianæ Religionis auctoritatem & consuetudinem, in Monasteriis Regularibus laici in medio Sacerdotum & ceterorum Religiosorum, ut Domini ac Magistri residentes, velut Abbates de illorum vita & conversatione, ac Regula sibi penitus ignota, per-

C verso ordine dijudicant. Quæ pro certo abominatio illa est, quam Dominus in Evangelio præsignat, dicens: * Cùm videritis abominationem desolationis stantem in loco sancto. Ista namque verè est abominatio desolationis, non tantum subditorum, vel eorum qui illis ad suam ipsorum perniciem videntur principari; verum Regis, & totius Regni, omniumque qui tam deestabili fuerint Ordinationi. Censumus igitur ut status Monasteriorum inviolatus, iuxta antiquam Regula traditionem, & Canonum constituta servetur: & ut Abbates sint Relegiose persona: & quæ Regularum noverint Disciplinam.

D Canones quartus & quintus sacrilegos rerum Ecclesiasticarum directores, & qui Sacerdotes vexant, insectantur, & damnant anathemate. Sextus de solvendis decimis, & de censu ex dotibus Ecclesiarum à laicis non exigendo, multa congerit. Septimus est contra eos qui rapinis & depredationibus dirati sunt, quorum penitentiam à restitutione docet inchoandam. Octavus est contra raptos mulierum, seu virginum, seu viduarum, & contra incestas nuptias: multaque habet ex Conciliis, ex Theodosianis Legibus, & Capitularibus Regum nostrorum, hoc argumentum spectantia. Novus contra accessum, frequentationem, & cohabitationem Presbyterorum cum feminis multa complectitur ex antiquis Canonibus, Decretis Pontificum, & testimoniis Sanctorum Patrum: docetque ex Sancto Augustino, quod eorum quibus Dominus dicit: Sancti estote, conversatio non solum sancta, sed debet esse & cauta: ne forte cum mala non sit per lasciviam, sit mala per negligentiam. Ad fugiendam luxuriam omnium ordinum Fideles Canon decimus adhortatur. Un-

E **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **U** **V** **X** **Y** **Z**

Prosperitas
Regni pendet
à conserva-
tione Privile-
giorum status
Ecclesiastici.
* Lib. I. cap.
10.

Principis ut
non licet in
causis Eccle-
siasticis pro-
flere.

* Isai. 10.
Ezech. 13.

* Matth. 24.

Sacerdotum
castimonia.